

Lueder Westing

De Interpretatione Beneficiorvm Principis Ad L. 3. D. de Constr. Pr. [et] L. 191. de R. I. : Pavca Commentatvr Et Simvl Viro Consvltissimo Doctissimo Eberhardo Andreae Alssen Honores In Vtroqve Ivre Conseqvendi Svmmos Licentiam

Gottingae: Typis Georg. Ludov. Schulzii, [1751?]


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1724152297>


Druck Freier  Zugang





N. N. - 1 (46.)






fol 28.

#11

DE
 INTERPRETATIONE
 BENEFICIORVM PRINCIPIS
Ad L. 3. D. de Const. Pr. & L. 191. de R. I.
 PAUCA COMMENTATVR
 ET SIMVL
 VIRO
 CONSVLTISSIMO DOCTISSIMO
 EBERHARDO ANDREAE
 ALSSEN
 HONORES IN VTROQVE IVRE CONSEQVENDI
 SVMMOS LICENTIAM
 GRATVLATVR
 LÜDERVS WESTING
 STADEN^{ENSIS}.



GOTTINGAE
 TYPIS GEORG. LVDOV. SCHVLZII, ACAD. TYPOGR.



De interpretatione priuilegiorum quantae inter Iureconsultos lites ortae sint, res est, omnibus qui aliqua saltim legum cognitione imbuti sunt, multo planissima. Non est ergo vt recensendis dissentientium nominibus immorer, vel etiam de componendis refellendisque diuersis illorum opinionibus curem sollicitus. Id potius agam, vt, quam maxime ab omni partium studio alienus, fingam quasi, atque neminem adhuc de hoc argumento literis quidquam mandasse, mihi firmiter persuadeam. Sententiam breuiter, sed ita dicam, vt hunc qualemcunque meum laborem non plane inutilem fore sperare liceat.

§. II.

Ac primo quidem, vt inde potissimum commentationis nostrae primordia capiamus, duae praecipue

A 2

leges

leges sunt, quae Doctoribus in materia de interpretatione priuilegiorum dissentienti praebuerunt occasionem, quarum altera est L. 3. D. de *constit. princip.* altera L. 191. D. de *Reg. iur.* In ista IAVOLENVS ait: *beneficium imperatoris, quod a diuina sc. eius indulgentia proficiscitur, quam plenissime interpretari debemus.* In hac CELSVS narrat: NERATIVM consultum, an, quod beneficium dare se, quasi viuenti, Caesar rescripserat, iam defuncto dedisse existimaretur? respondisse: non videri sibi, principem, quod ei, quem viuere existimabat, concessisset, defuncto concessisse; quem tamen modum esse beneficij sui vellet, ipsius aestimationem esse.

§. III.

Visum est quibusdam, IAVOLENO in allata L. 3. sermonem esse de priuilegiis, quae vocantur favorabilia, & speciatim de illis, quae titulo lucratiuo conceduntur, & gratuita appellari consueuerunt. Animaduenterunt porro, ex mente IAVOLENI huius generis priuilegia plenissime interpretanda esse a Iureconsultis. Cum vero diuidi solet interpretatio in authenticam, vtualem & doctrinalem, haecque in extensiuam, restrictiuam & declaratiuam: duplicem inde eliciebant conclusionem: I.) quoniam IAVOLENVS ait: *interpretari debemus*, (scil. nos Iureconsulti) consequens est, vt priuilegia favorabilia titulo lu-

lucratiuo acquisita, interpretationis doctrinalis obiectum esse possint. II.) IAVOLENVS ait: *plenissime interpretari debemus.* Ergo in priuilegiis fauorabilibus gratuitis sola obtinet doctrinalis *interpretatio extensiva*; addita ratione, quia princeps in re dubia maxime liberalis esse, censetur. E quibus omnibus tandem fluere existimabant: reliqua priuilegia, *fauorabilia* quidem, sed titulo oneroso a principe concessa, *strictissime interpretanda* esse; quoniam in hoc casu princeps in dubio minime liberalis esse censendus sit.

§. III.

Alii inciderunt in l. 191. allegatam, & videntes, CELSUM ibi dixisse: *Principis ipsius esse aestimationem, quem modum beneficii sui esse vellet*; in hac lege Iureconsultis ereptam & plane interdictam esse interpretationem beneficiorum principis, statuerunt. Hinc nata est decantatissima illa regula: *In priuilegiis solam interpretationem authenticam locum tenere.*

§. V.

Antequam ad eruendam harum legum, ad quas interpretes offenderunt, veram mentem accedamus, easque id, quod deprehendisse in iis sibi videntur, non complecti, demonstramus; nostram de interpretatione

tatione priuilegiorum, desumptam ex natura interpretationis & priuilegii, aduocatis simul in nostram rem analogia iuris expressisque legum verbis, sententiam proponemus; quo facto, & paulo intimius enodatis legibus, quae falso obstare creduntur, opiniones Doctorum, in §§. antecedentibus recensitae, sponte collabentur.

§- VI

Priuilegia, siue sint odiosa, siue fauorabilia, sine dubio ad constitutiones principum pertinent; quae de causa VLPIANVS a) eleganter docet: *plane ex his (nempe constitutionibus principum) quasdam esse personales, nec ad exemplum trahi. Nam quod princeps alicui ob merita indulget, vel si quam poenam irrogauit, vel si cui sine exemplo subuenit, personam non egredi.* Et quidni priuilegia sint constitutiones principum, cum sint illud, quod principi placuit? omne autem, quod principi placet, legis habere vigorem, et vulgo constitutionem principis vocari idem VLPIANVS b) fatetur. Cum autem princeps nihilominus maneat homo, non potest non illud, quod sibi placet interdum obscure proferre. Porro si est interpretatio declaratio mentis obscurae, sequitur, priuilegium, obscuritate laborans interpretatione egere. Quemadmodum ergo vel princeps, vel vsus, vel Iurisperitus le-

(a) in L. I. D. de const. princ.

(b) in alleg. leg.

leges obscuras interpretantur: Sic ex notione interpretationis et priuilegii prono alueo fluit, nullam esse rationem dubitandi, in priuilegiis obscuris, qualiacunque demum sint, interpretationem doctrinalem omnino admitti. Vt enim taceam, duas illas Doctorum regulas de liberalitate principis, vel maxima, vel minima, prout priuilegium fauorabile, gratuito vel oneroso titulo acquisitum sit, ineptissimas & a sanioribus Iureconsultis dudum explosas esse: cui sanum est sinciput, quique interpretationis principiorumque, quibus ea superfruitur, notionem nouit, omnes leges, siue sint vniuersales, siue de priuis hominibus latae sint, obscuras interpretationi etiam *doctrinali* subiectas esse, nemo vnquam dubitabit. Interpretatio enim doctrinalis, siue eam in Iuris perito, siue in quocunque alio spectes, rationalis philosophiae partem nobilissimam facit, quae continet, ad quas intellectus noster circa veritates operari debet, regulas, simulque, quibus modis veritas inueniatur demonstreturque, et errores refutentur, solide exponit, & verum defendendi aliosque docendi rationem declarat. Quis vero sit, qui eo procedat audaciae temeritatisque, vt dicere non erubescat, sola priuilegia secundum sanae rationis principia haud diiudicari posse explicarique? Nolo autem de re, tam certa, tamque sanae rationi congrua, plura afferre; quia verendum mihi est, ne cum laruis pugnare, omnemque operam et oleum perdere sagacioribus videar.

§. VII.

§. VII.

Facili itaque negotio monstrari potest, & sanæ rationi & analogiæ iuris romani non modo non refragari, sed potius optime convenire priuilegiorum omnium generis interpretationem doctrinalem. Sed his omnibus repugnare l. 3. d. de constit. princip. & l. 191. d. de regulis iuris, hincque Rhodum, hinc sal-tandum esse clamant quidam Doctorum, adduntque, adesse leges quæ modum interpretandorum priuilegiorum plane singularem, & a regulis logicis consuetis, & ab analogiâ iuris longissime aberrantem, præscripserint. His itaque satisfaciendum est.

§. VIII.

Supra iam monstrauimus, a vulgo Doctorum ex l. 191. d. de r. l. propter verba quæ ibi habentur: *quem tamen modum esse beneficii sui vellet, ipsius (principis) aestimationem esse*, colligi: neminem nisi principem priuilegia interpretari posse. Verum enim vero hæc conclusio inuita Themide quasi aqua ex pumice extorquetur. Quodsi enim hi boni viri reliqua verba paulo inspexissent penitus, sine dubio in hunc errorem haud incidissent: Res nempe sic se habet: NERATIUS PRISCUS (c) consultus est, vt videtur,

(c) Non PROCLUS, vt est in veteris Iureconsulti fragmento regularum apud SCHVLTINGIUM, ceu docet

tur, ab heredibus alicujus, cui, viuere eum existimans, cum tamen iam mortuus esset, priuilegium princeps (d) indulserat, vtrum, quia defunctus iam fuerit priuilegiatus ante priuilegii concessionem, vtrum, inquam, heredes ipsi gaudere hoc priuilegio possint? NERATIVS respondit: e) sibi non videri, principem in specie hacce proposita, priuilegium, quod defuncto concessit, eius heredibus concessisse. Ex his enim non liquet, Iure consultum NERATIVM noluisse priuilegium principis interpretari, & consulentes heredes ad imperatorem, tanquam ad fontem authenticae interpretationis, ablegasse. Plane non erat quaestio, quo modo priuilegium sit interpretandum, sed vtrum adsit priuilegium? & ad hanc quaestionem NERATIVS respondit: sibi non videri, heredes,

re-
HEINECCIUS in HISTORIA IVRIS CIVILIS ROMANI §. CCLIX.

(d) TRAIANVS, cui NERATIVS erat carissimus L. V. d. si a parent. quis manumif. aut HADRIANVS, inter cuius consiliarios NERATIVS locum habuit. SPARTIANVS in HADRIANO c. XVIII. Adde HEINECCIUM l. c.

(e) Haec responsio amici sui a CELSO, quia eam in libro 33. d. quorum lex CXCI. fragmentum est, refert, sine dubio ex libris RESPONSORVM tribus NAERATHI, qui in indice Florentino memorantur, desumpta est.

B

responſionem ab ipſo rogantes, gaudere illo priuilegio, quod caeſar teſtatori, quem viuum credebat, cum tamen fuerit mortuus, conceſſit. Belle! nullum enim aderat priuilegium; quia, cum ſit conſenſus imperatoris anima priuilegii, beneficium illud, quod in ſpecie, NERATIO propoſita, caeſar tribuerat, exitum habere, propter deficientem conſenſum & imperatoris & priuilegiati non poterat. Ille enim, quia errauit, ſubiectum, cui indulgere volebat, viuere exiſtimans, non conſenſit; hic quippe mortuus tempore priuilegii collati, conſentire non potuit. Ergo in hac lege heredes ſibi tribuere ſtudebant non ens. Tantum vero abeſt, vt NERATIVS non auſus fuerit, ad propoſitam quaestionem, quippe de priuilegio agentem reſpondere, vt potius libere ſententiam ſuam dixerit, negans plane, hic aſſeſſe priuilegium; niſi forte, quod vnum excipiebat, illud, quod defuncto deſtinauerat princeps, nunc, quia errauit, heredibus eius velit priuilegium indulgere. Quo manifeſtius itaque eſt, in hac lege nec volam nec veſtigium quidem interpretationis alicuius priuilegii deprehendi, eo iam luculentius adparet, priuilegia ſemper ab ipſo principe, nunquam a Iuris perito interpretanda eſſe, neutiquam poſſe probari.

§. IX.

Sed obiicitur nobis PLINIVS, qui, f) cum athletae putarent, ea, quae pro Iselasticis certaminibus constituerat imperator TRAIANVS, deberi sibi statim ex eodie, quo coronati sint, interpretationem ab ipso imperatore expetiit. Sed salua res est; PRIMO enim absona sane est haec ratiocinatio: PLINIVS rogauit imperatorem interpretationem, ergo Plinio interdicta est interpretatio doctrinalis. Quid enim si dicerem: PLINIVS in multis epistolis g) interpretationem variarum legum, v. c. LEGIS POMPEIAE, *Bitbynicis data, ne quis capiat magistratum minor XXX. annorum*; item LEGIS POMPEIAE, *qua permissum est Bitbynicis ciuitatibus, ad scribere sibi, quos vellent, dum ciuitatis non sint alienae*; ab imperatore poposcit: Ergo etiam in legibus interpretandis sola interpretatio authentica locum sibi vindicat. SECUNDO, PLINIVM petiisse ab imperatore interpretationem, non, ac si eam sibi interdictam crediderit, sed quod ipse dubitabat, & beneficium Athletis datum non intelligebat, nec verum sensum eius eruere poterat, ipsius PLINII verbis probamus. Ait enim: *hic quoque non mediocriter haereo, ne cuiusquam retrohabeatur ratio, dandumque quod tunc, cum vincerent non debebatur. Rogo ergo, vt dubitationem meam regere, id est, beneficia*

(f) in LIB. X. EPIST. II9.

(g) E. G. L. X. EPIST. LXXXIII, & CXV,

cia tua interpretari, ipse digneris. Vt silentio iam praeteream, PLINIVM ipsum, docentibus multis eius epistolis, ad TRAIANVM scriptis, saepissime varia priuilegia interpretatum esse, prouocabo in praesenti ad solam epistolam libri decimi CXXI. in qua PLINIVS TRAIANO significat, se contra sententiam imperatoris, vxori suae, audita morte aui, volenti ad amitam suam excurrere, diplomata commodasse, hanc interserens rationem: *vsu eorum negare durum putau; cum talis officii gratia in celeritate consisteret, sciremque te rationem itineris probaturum, cuius causa erat pietas.* &c. TERTIO etiam, licet Iureconsulti ex sabiniatorum secta, imperatorum gratiam captantes, ab his priuilegiorum explicationem petere solent, & hi beneficia sua interpretari consueuisse dicantur; tamen etiam Iureconsultos Romanos beneficia principis interpretari potuisse, extra dubitationem positam fuisse ipse PAVLVS lib. IX. QVAEST. b) testatur. Nempe qui filium habebat mutum puberem, impetrauit a principe, *vt mutuo substituere ei liceret*, & substituit Titium; mutus duxit vxorem post mortem patris, & nascitur ei filius. Quaerebatur itaque ex PAVLO, an rumpatur testamentum? Respondit PAVLVS: *beneficia quidem principalia ipsi principes solent interpretari: verum voluntatem principis inspicientibus, potest dici, eatenus id eum tribuere vo'uisse, quatenus filius eius in eadem ualitudine perseuerat: & ut quemadmodum iure civili*
 pu-

(b) L. XXXXIII. pr. D. de vulg. & pup. subst.

pubertate finitur pupillare testamentum, ita princeps imitatus sit ius in eo, qui propter infirmitatem non potest testari &c. Tandem interpretationem suam his verbis finit: nec enim, aut patrem, aut principem, de hoc casu cogitasse, verisimile est, ut eum, qui postea nasceretur, exheredaret.

§. X.


Restat, ut monstremus, probationem ex lege 3. D. de const. princ. falsam deduci, priuilegia principis fauorabilia extensiuam interpretatione declaranda esse. Nimirum vox illa *plenissime* & illa gleba, cui Iureconsulti illi, omnibus, quae intelligendis legibus Romanis auxiliatrices manus praebent, scientiis destituti, adscripti pro extensiuam priuilegiorum interpretatione satis inepte propugnarunt, pro sua fatuitate, de vera huius vocis significatione parum solliciti. Cum igitur cardo quasi & caput totius controuersiae in male intellecta hac voce positum sit; concidet facile haec Doctorum persuasio, detecto sensu & latinitate vocis *plenissime*. Cui igitur familiaris est lingua Romanorum Iurisprudentum, is perspectum habet, eos id, cui nihil deest, *plenum* vocasse, adeoque *plenum* pro *perfecto* accepisse. Nolo equidem, exemplorum farragine, lectori molestiam adferre; ne magno conatu id videar velle probare de quo nemo dubitat: ne tamen officio meo desim, pauca, eaque euidentissima proferam exempla. Ita sane perfecta seu exacta diligentia di-

citur *custodia plena* in L. 2. D. de periculo & commodo rei
venditae. *Plena negotiorum gestorum actio* in L. 37. D.
de negot. gest. dicitur, quae in solidum, adeoque perfe-
 cte, non quatenus facere aliquis posset, datur; *plena pro-*
prietas, hoc est. perfecta, solida, & non usufructu
 separata, L. 43. §. 1. L. 50. D. de usufructu; *plenum*
ius, id est perfectum dominium, L. 73. D. de legat. 3.
plenus, hoc est, *perfectus grex*, L. 70. D. de usufructu;
plena pubertas seu perfecta, L. 40. D. de adoptionibus.
 Sed ne quis putet, hunc vocis sensum ad Iureconsul-
 torum tantum peculium pertinuisse, fragmenta opti-
 morum Latii scriptorum produnt, eundem Latinae ge-
 nio semper fuisse familiarissimum. QVINCTILIANVS
 sane I. *proem.* perfectius obsequium dixit *plenius*.
 CICERO de off. L. 1. c. 2. orationem latinam, legendis
 suis scriptis, effici *pleniorum*, id est perfectiorem, glo-
 riatur. Quin ipse HORATIUS de art. poet. v. 337. hoc
 sensu pectus vocavit *plenum*; vt reliqua loca veterum
 auctorum, ab incomparabili GESNERO in *thesauro lin-*
guae latinae collecta, taceamus. Redeamus ad IAVO-
 LENVM, qui in L. 3. alleg. de const. princ. suadet be-
 neficia imperatoris plenissime interpretanda. Quid
 enim quaeso aliud voluit, quam si vnquam, sane in
 priuilegiis principum perfectissima opus esse inter-
 pretatione. Ad quae omnia, si consideres, IAVO-
 LENI fragmentum hocce ex epistolis eius desumptum
 esse, in quibus sine dubio de interpretatione priuile-
 giorum principis ex professo non scripsit, sed, vt
 quidem

quidem ex dispositione ipsorum verborum colligi potest, monuit in interpretandis principum priuilegiis maximam prudentiam cautionemque adhibendam esse; adeoque TRIBONIANVM cum reliquis compilatoribus in excerpendis IAVOLENI epistolis male sedulum fuisse; IAVOLENVNVM vero ipsum contra omnem sanam rationem, quae tamen suspicio minime in tantum Iure consultum cadit, statuisse, priuilegia principis, siue ratio eorum latior, siue angustior ipsius priuilegii verbis sit, semper tamen extensius interpretanda esse; haec inquam si conf. ¹ ² ³ ⁴ ⁵ ⁶ ⁷ ⁸ ⁹ ¹⁰ ¹¹ ¹² ¹³ ¹⁴ ¹⁵ ¹⁶ ¹⁷ ¹⁸ ¹⁹ ²⁰ ²¹ ²² ²³ ²⁴ ²⁵ ²⁶ ²⁷ ²⁸ ²⁹ ³⁰ ³¹ ³² ³³ ³⁴ ³⁵ ³⁶ ³⁷ ³⁸ ³⁹ ⁴⁰ ⁴¹ ⁴² ⁴³ ⁴⁴ ⁴⁵ ⁴⁶ ⁴⁷ ⁴⁸ ⁴⁹ ⁵⁰ ⁵¹ ⁵² ⁵³ ⁵⁴ ⁵⁵ ⁵⁶ ⁵⁷ ⁵⁸ ⁵⁹ ⁶⁰ ⁶¹ ⁶² ⁶³ ⁶⁴ ⁶⁵ ⁶⁶ ⁶⁷ ⁶⁸ ⁶⁹ ⁷⁰ ⁷¹ ⁷² ⁷³ ⁷⁴ ⁷⁵ ⁷⁶ ⁷⁷ ⁷⁸ ⁷⁹ ⁸⁰ ⁸¹ ⁸² ⁸³ ⁸⁴ ⁸⁵ ⁸⁶ ⁸⁷ ⁸⁸ ⁸⁹ ⁹⁰ ⁹¹ ⁹² ⁹³ ⁹⁴ ⁹⁵ ⁹⁶ ⁹⁷ ⁹⁸ ⁹⁹ ¹⁰⁰ ¹⁰¹ ¹⁰² ¹⁰³ ¹⁰⁴ ¹⁰⁵ ¹⁰⁶ ¹⁰⁷ ¹⁰⁸ ¹⁰⁹ ¹¹⁰ ¹¹¹ ¹¹² ¹¹³ ¹¹⁴ ¹¹⁵ ¹¹⁶ ¹¹⁷ ¹¹⁸ ¹¹⁹ ¹²⁰ ¹²¹ ¹²² ¹²³ ¹²⁴ ¹²⁵ ¹²⁶ ¹²⁷ ¹²⁸ ¹²⁹ ¹³⁰ ¹³¹ ¹³² ¹³³ ¹³⁴ ¹³⁵ ¹³⁶ ¹³⁷ ¹³⁸ ¹³⁹ ¹⁴⁰ ¹⁴¹ ¹⁴² ¹⁴³ ¹⁴⁴ ¹⁴⁵ ¹⁴⁶ ¹⁴⁷ ¹⁴⁸ ¹⁴⁹ ¹⁵⁰ ¹⁵¹ ¹⁵² ¹⁵³ ¹⁵⁴ ¹⁵⁵ ¹⁵⁶ ¹⁵⁷ ¹⁵⁸ ¹⁵⁹ ¹⁶⁰ ¹⁶¹ ¹⁶² ¹⁶³ ¹⁶⁴ ¹⁶⁵ ¹⁶⁶ ¹⁶⁷ ¹⁶⁸ ¹⁶⁹ ¹⁷⁰ ¹⁷¹ ¹⁷² ¹⁷³ ¹⁷⁴ ¹⁷⁵ ¹⁷⁶ ¹⁷⁷ ¹⁷⁸ ¹⁷⁹ ¹⁸⁰ ¹⁸¹ ¹⁸² ¹⁸³ ¹⁸⁴ ¹⁸⁵ ¹⁸⁶ ¹⁸⁷ ¹⁸⁸ ¹⁸⁹ ¹⁹⁰ ¹⁹¹ ¹⁹² ¹⁹³ ¹⁹⁴ ¹⁹⁵ ¹⁹⁶ ¹⁹⁷ ¹⁹⁸ ¹⁹⁹ ²⁰⁰ ²⁰¹ ²⁰² ²⁰³ ²⁰⁴ ²⁰⁵ ²⁰⁶ ²⁰⁷ ²⁰⁸ ²⁰⁹ ²¹⁰ ²¹¹ ²¹² ²¹³ ²¹⁴ ²¹⁵ ²¹⁶ ²¹⁷ ²¹⁸ ²¹⁹ ²²⁰ ²²¹ ²²² ²²³ ²²⁴ ²²⁵ ²²⁶ ²²⁷ ²²⁸ ²²⁹ ²³⁰ ²³¹ ²³² ²³³ ²³⁴ ²³⁵ ²³⁶ ²³⁷ ²³⁸ ²³⁹ ²⁴⁰ ²⁴¹ ²⁴² ²⁴³ ²⁴⁴ ²⁴⁵ ²⁴⁶ ²⁴⁷ ²⁴⁸ ²⁴⁹ ²⁵⁰ ²⁵¹ ²⁵² ²⁵³ ²⁵⁴ ²⁵⁵ ²⁵⁶ ²⁵⁷ ²⁵⁸ ²⁵⁹ ²⁶⁰ ²⁶¹ ²⁶² ²⁶³ ²⁶⁴ ²⁶⁵ ²⁶⁶ ²⁶⁷ ²⁶⁸ ²⁶⁹ ²⁷⁰ ²⁷¹ ²⁷² ²⁷³ ²⁷⁴ ²⁷⁵ ²⁷⁶ ²⁷⁷ ²⁷⁸ ²⁷⁹ ²⁸⁰ ²⁸¹ ²⁸² ²⁸³ ²⁸⁴ ²⁸⁵ ²⁸⁶ ²⁸⁷ ²⁸⁸ ²⁸⁹ ²⁹⁰ ²⁹¹ ²⁹² ²⁹³ ²⁹⁴ ²⁹⁵ ²⁹⁶ ²⁹⁷ ²⁹⁸ ²⁹⁹ ³⁰⁰ ³⁰¹ ³⁰² ³⁰³ ³⁰⁴ ³⁰⁵ ³⁰⁶ ³⁰⁷ ³⁰⁸ ³⁰⁹ ³¹⁰ ³¹¹ ³¹² ³¹³ ³¹⁴ ³¹⁵ ³¹⁶ ³¹⁷ ³¹⁸ ³¹⁹ ³²⁰ ³²¹ ³²² ³²³ ³²⁴ ³²⁵ ³²⁶ ³²⁷ ³²⁸ ³²⁹ ³³⁰ ³³¹ ³³² ³³³ ³³⁴ ³³⁵ ³³⁶ ³³⁷ ³³⁸ ³³⁹ ³⁴⁰ ³⁴¹ ³⁴² ³⁴³ ³⁴⁴ ³⁴⁵ ³⁴⁶ ³⁴⁷ ³⁴⁸ ³⁴⁹ ³⁵⁰ ³⁵¹ ³⁵² ³⁵³ ³⁵⁴ ³⁵⁵ ³⁵⁶ ³⁵⁷ ³⁵⁸ ³⁵⁹ ³⁶⁰ ³⁶¹ ³⁶² ³⁶³ ³⁶⁴ ³⁶⁵ ³⁶⁶ ³⁶⁷ ³⁶⁸ ³⁶⁹ ³⁷⁰ ³⁷¹ ³⁷² ³⁷³ ³⁷⁴ ³⁷⁵ ³⁷⁶ ³⁷⁷ ³⁷⁸ ³⁷⁹ ³⁸⁰ ³⁸¹ ³⁸² ³⁸³ ³⁸⁴ ³⁸⁵ ³⁸⁶ ³⁸⁷ ³⁸⁸ ³⁸⁹ ³⁹⁰ ³⁹¹ ³⁹² ³⁹³ ³⁹⁴ ³⁹⁵ ³⁹⁶ ³⁹⁷ ³⁹⁸ ³⁹⁹ ⁴⁰⁰ ⁴⁰¹ ⁴⁰² ⁴⁰³ ⁴⁰⁴ ⁴⁰⁵ ⁴⁰⁶ ⁴⁰⁷ ⁴⁰⁸ ⁴⁰⁹ ⁴¹⁰ ⁴¹¹ ⁴¹² ⁴¹³ ⁴¹⁴ ⁴¹⁵ ⁴¹⁶ ⁴¹⁷ ⁴¹⁸ ⁴¹⁹ ⁴²⁰ ⁴²¹ ⁴²² ⁴²³ ⁴²⁴ ⁴²⁵ ⁴²⁶ ⁴²⁷ ⁴²⁸ ⁴²⁹ ⁴³⁰ ⁴³¹ ⁴³² ⁴³³ ⁴³⁴ ⁴³⁵ ⁴³⁶ ⁴³⁷ ⁴³⁸ ⁴³⁹ ⁴⁴⁰ ⁴⁴¹ ⁴⁴² ⁴⁴³ ⁴⁴⁴ ⁴⁴⁵ ⁴⁴⁶ ⁴⁴⁷ ⁴⁴⁸ ⁴⁴⁹ ⁴⁵⁰ ⁴⁵¹ ⁴⁵² ⁴⁵³ ⁴⁵⁴ ⁴⁵⁵ ⁴⁵⁶ ⁴⁵⁷ ⁴⁵⁸ ⁴⁵⁹ ⁴⁶⁰ ⁴⁶¹ ⁴⁶² ⁴⁶³ ⁴⁶⁴ ⁴⁶⁵ ⁴⁶⁶ ⁴⁶⁷ ⁴⁶⁸ ⁴⁶⁹ ⁴⁷⁰ ⁴⁷¹ ⁴⁷² ⁴⁷³ ⁴⁷⁴ ⁴⁷⁵ ⁴⁷⁶ ⁴⁷⁷ ⁴⁷⁸ ⁴⁷⁹ ⁴⁸⁰ ⁴⁸¹ ⁴⁸² ⁴⁸³ ⁴⁸⁴ ⁴⁸⁵ ⁴⁸⁶ ⁴⁸⁷ ⁴⁸⁸ ⁴⁸⁹ ⁴⁹⁰ ⁴⁹¹ ⁴⁹² ⁴⁹³ ⁴⁹⁴ ⁴⁹⁵ ⁴⁹⁶ ⁴⁹⁷ ⁴⁹⁸ ⁴⁹⁹ ⁵⁰⁰ ⁵⁰¹ ⁵⁰² ⁵⁰³ ⁵⁰⁴ ⁵⁰⁵ ⁵⁰⁶ ⁵⁰⁷ ⁵⁰⁸ ⁵⁰⁹ ⁵¹⁰ ⁵¹¹ ⁵¹² ⁵¹³ ⁵¹⁴ ⁵¹⁵ ⁵¹⁶ ⁵¹⁷ ⁵¹⁸ ⁵¹⁹ ⁵²⁰ ⁵²¹ ⁵²² ⁵²³ ⁵²⁴ ⁵²⁵ ⁵²⁶ ⁵²⁷ ⁵²⁸ ⁵²⁹ ⁵³⁰ ⁵³¹ ⁵³² ⁵³³ ⁵³⁴ ⁵³⁵ ⁵³⁶ ⁵³⁷ ⁵³⁸ ⁵³⁹ ⁵⁴⁰ ⁵⁴¹ ⁵⁴² ⁵⁴³ ⁵⁴⁴ ⁵⁴⁵ ⁵⁴⁶ ⁵⁴⁷ ⁵⁴⁸ ⁵⁴⁹ ⁵⁵⁰ ⁵⁵¹ ⁵⁵² ⁵⁵³ ⁵⁵⁴ ⁵⁵⁵ ⁵⁵⁶ ⁵⁵⁷ ⁵⁵⁸ ⁵⁵⁹ ⁵⁶⁰ ⁵⁶¹ ⁵⁶² ⁵⁶³ ⁵⁶⁴ ⁵⁶⁵ ⁵⁶⁶ ⁵⁶⁷ ⁵⁶⁸ ⁵⁶⁹ ⁵⁷⁰ ⁵⁷¹ ⁵⁷² ⁵⁷³ ⁵⁷⁴ ⁵⁷⁵ ⁵⁷⁶ ⁵⁷⁷ ⁵⁷⁸ ⁵⁷⁹ ⁵⁸⁰ ⁵⁸¹ ⁵⁸² ⁵⁸³ ⁵⁸⁴ ⁵⁸⁵ ⁵⁸⁶ ⁵⁸⁷ ⁵⁸⁸ ⁵⁸⁹ ⁵⁹⁰ ⁵⁹¹ ⁵⁹² ⁵⁹³ ⁵⁹⁴ ⁵⁹⁵ ⁵⁹⁶ ⁵⁹⁷ ⁵⁹⁸ ⁵⁹⁹ ⁶⁰⁰ ⁶⁰¹ ⁶⁰² ⁶⁰³ ⁶⁰⁴ ⁶⁰⁵ ⁶⁰⁶ ⁶⁰⁷ ⁶⁰⁸ ⁶⁰⁹ ⁶¹⁰ ⁶¹¹ ⁶¹² ⁶¹³ ⁶¹⁴ ⁶¹⁵ ⁶¹⁶ ⁶¹⁷ ⁶¹⁸ ⁶¹⁹ ⁶²⁰ ⁶²¹ ⁶²² ⁶²³ ⁶²⁴ ⁶²⁵ ⁶²⁶ ⁶²⁷ ⁶²⁸ ⁶²⁹ ⁶³⁰ ⁶³¹ ⁶³² ⁶³³ ⁶³⁴ ⁶³⁵ ⁶³⁶ ⁶³⁷ ⁶³⁸ ⁶³⁹ ⁶⁴⁰ ⁶⁴¹ ⁶⁴² ⁶⁴³ ⁶⁴⁴ ⁶⁴⁵ ⁶⁴⁶ ⁶⁴⁷ ⁶⁴⁸ ⁶⁴⁹ ⁶⁵⁰ ⁶⁵¹ ⁶⁵² ⁶⁵³ ⁶⁵⁴ ⁶⁵⁵ ⁶⁵⁶ ⁶⁵⁷ ⁶⁵⁸ ⁶⁵⁹ ⁶⁶⁰ ⁶⁶¹ ⁶⁶² ⁶⁶³ ⁶⁶⁴ ⁶⁶⁵ ⁶⁶⁶ ⁶⁶⁷ ⁶⁶⁸ ⁶⁶⁹ ⁶⁷⁰ ⁶⁷¹ ⁶⁷² ⁶⁷³ ⁶⁷⁴ ⁶⁷⁵ ⁶⁷⁶ ⁶⁷⁷ ⁶⁷⁸ ⁶⁷⁹ ⁶⁸⁰ ⁶⁸¹ ⁶⁸² ⁶⁸³ ⁶⁸⁴ ⁶⁸⁵ ⁶⁸⁶ ⁶⁸⁷ ⁶⁸⁸ ⁶⁸⁹ ⁶⁹⁰ ⁶⁹¹ ⁶⁹² ⁶⁹³ ⁶⁹⁴ ⁶⁹⁵ ⁶⁹⁶ ⁶⁹⁷ ⁶⁹⁸ ⁶⁹⁹ ⁷⁰⁰ ⁷⁰¹ ⁷⁰² ⁷⁰³ ⁷⁰⁴ ⁷⁰⁵ ⁷⁰⁶ ⁷⁰⁷ ⁷⁰⁸ ⁷⁰⁹ ⁷¹⁰ ⁷¹¹ ⁷¹² ⁷¹³ ⁷¹⁴ ⁷¹⁵ ⁷¹⁶ ⁷¹⁷ ⁷¹⁸ ⁷¹⁹ ⁷²⁰ ⁷²¹ ⁷²² ⁷²³ ⁷²⁴ ⁷²⁵ ⁷²⁶ ⁷²⁷ ⁷²⁸ ⁷²⁹ ⁷³⁰ ⁷³¹ ⁷³² ⁷³³ ⁷³⁴ ⁷³⁵ ⁷³⁶ ⁷³⁷ ⁷³⁸ ⁷³⁹ ⁷⁴⁰ ⁷⁴¹ ⁷⁴² ⁷⁴³ ⁷⁴⁴ ⁷⁴⁵ ⁷⁴⁶ ⁷⁴⁷ ⁷⁴⁸ ⁷⁴⁹ ⁷⁵⁰ ⁷⁵¹ ⁷⁵² ⁷⁵³ ⁷⁵⁴ ⁷⁵⁵ ⁷⁵⁶ ⁷⁵⁷ ⁷⁵⁸ ⁷⁵⁹ ⁷⁶⁰ ⁷⁶¹ ⁷⁶² ⁷⁶³ ⁷⁶⁴ ⁷⁶⁵ ⁷⁶⁶ ⁷⁶⁷ ⁷⁶⁸ ⁷⁶⁹ ⁷⁷⁰ ⁷⁷¹ ⁷⁷² ⁷⁷³ ⁷⁷⁴ ⁷⁷⁵ ⁷⁷⁶ ⁷⁷⁷ ⁷⁷⁸ ⁷⁷⁹ ⁷⁸⁰ ⁷⁸¹ ⁷⁸² ⁷⁸³ ⁷⁸⁴ ⁷⁸⁵ ⁷⁸⁶ ⁷⁸⁷ ⁷⁸⁸ ⁷⁸⁹ ⁷⁹⁰ ⁷⁹¹ ⁷⁹² ⁷⁹³ ⁷⁹⁴ ⁷⁹⁵ ⁷⁹⁶ ⁷⁹⁷ ⁷⁹⁸ ⁷⁹⁹ ⁸⁰⁰ ⁸⁰¹ ⁸⁰² ⁸⁰³ ⁸⁰⁴ ⁸⁰⁵ ⁸⁰⁶ ⁸⁰⁷ ⁸⁰⁸ ⁸⁰⁹ ⁸¹⁰ ⁸¹¹ ⁸¹² ⁸¹³ ⁸¹⁴ ⁸¹⁵ ⁸¹⁶ ⁸¹⁷ ⁸¹⁸ ⁸¹⁹ ⁸²⁰ ⁸²¹ ⁸²² ⁸²³ ⁸²⁴ ⁸²⁵ ⁸²⁶ ⁸²⁷ ⁸²⁸ ⁸²⁹ ⁸³⁰ ⁸³¹ ⁸³² ⁸³³ ⁸³⁴ ⁸³⁵ ⁸³⁶ ⁸³⁷ ⁸³⁸ ⁸³⁹ ⁸⁴⁰ ⁸⁴¹ ⁸⁴² ⁸⁴³ ⁸⁴⁴ ⁸⁴⁵ ⁸⁴⁶ ⁸⁴⁷ ⁸⁴⁸ ⁸⁴⁹ ⁸⁵⁰ ⁸⁵¹ ⁸⁵² ⁸⁵³ ⁸⁵⁴ ⁸⁵⁵ ⁸⁵⁶ ⁸⁵⁷ ⁸⁵⁸ ⁸⁵⁹ ⁸⁶⁰ ⁸⁶¹ ⁸⁶² ⁸⁶³ ⁸⁶⁴ ⁸⁶⁵ ⁸⁶⁶ ⁸⁶⁷ ⁸⁶⁸ ⁸⁶⁹ ⁸⁷⁰ ⁸⁷¹ ⁸⁷² ⁸⁷³ ⁸⁷⁴ ⁸⁷⁵ ⁸⁷⁶ ⁸⁷⁷ ⁸⁷⁸ ⁸⁷⁹ ⁸⁸⁰ ⁸⁸¹ ⁸⁸² ⁸⁸³ ⁸⁸⁴ ⁸⁸⁵ ⁸⁸⁶ ⁸⁸⁷ ⁸⁸⁸ ⁸⁸⁹ ⁸⁹⁰ ⁸⁹¹ ⁸⁹² ⁸⁹³ ⁸⁹⁴ ⁸⁹⁵ ⁸⁹⁶ ⁸⁹⁷ ⁸⁹⁸ ⁸⁹⁹ ⁹⁰⁰ ⁹⁰¹ ⁹⁰² ⁹⁰³ ⁹⁰⁴ ⁹⁰⁵ ⁹⁰⁶ ⁹⁰⁷ ⁹⁰⁸ ⁹⁰⁹ ⁹¹⁰ ⁹¹¹ ⁹¹² ⁹¹³ ⁹¹⁴ ⁹¹⁵ ⁹¹⁶ ⁹¹⁷ ⁹¹⁸ ⁹¹⁹ ⁹²⁰ ⁹²¹ ⁹²² ⁹²³ ⁹²⁴ ⁹²⁵ ⁹²⁶ ⁹²⁷ ⁹²⁸ ⁹²⁹ ⁹³⁰ ⁹³¹ ⁹³² ⁹³³ ⁹³⁴ ⁹³⁵ ⁹³⁶ ⁹³⁷ ⁹³⁸ ⁹³⁹ ⁹⁴⁰ ⁹⁴¹ ⁹⁴² ⁹⁴³ ⁹⁴⁴ ⁹⁴⁵ ⁹⁴⁶ ⁹⁴⁷ ⁹⁴⁸ ⁹⁴⁹ ⁹⁵⁰ ⁹⁵¹ ⁹⁵² ⁹⁵³ ⁹⁵⁴ ⁹⁵⁵ ⁹⁵⁶ ⁹⁵⁷ ⁹⁵⁸ ⁹⁵⁹ ⁹⁶⁰ ⁹⁶¹ ⁹⁶² ⁹⁶³ ⁹⁶⁴ ⁹⁶⁵ ⁹⁶⁶ ⁹⁶⁷ ⁹⁶⁸ ⁹⁶⁹ ⁹⁷⁰ ⁹⁷¹ ⁹⁷² ⁹⁷³ ⁹⁷⁴ ⁹⁷⁵ ⁹⁷⁶ ⁹⁷⁷ ⁹⁷⁸ ⁹⁷⁹ ⁹⁸⁰ ⁹⁸¹ ⁹⁸² ⁹⁸³ ⁹⁸⁴ ⁹⁸⁵ ⁹⁸⁶ ⁹⁸⁷ ⁹⁸⁸ ⁹⁸⁹ ⁹⁹⁰ ⁹⁹¹ ⁹⁹² ⁹⁹³ ⁹⁹⁴ ⁹⁹⁵ ⁹⁹⁶ ⁹⁹⁷ ⁹⁹⁸ ⁹⁹⁹ ¹⁰⁰⁰ ¹⁰⁰¹ ¹⁰⁰² ¹⁰⁰³ ¹⁰⁰⁴ ¹⁰⁰⁵ ¹⁰⁰⁶ ¹⁰⁰⁷ ¹⁰⁰⁸ ¹⁰⁰⁹ ¹⁰¹⁰ ¹⁰¹¹ ¹⁰¹² ¹⁰¹³ ¹⁰¹⁴ ¹⁰¹⁵ ¹⁰¹⁶ ¹⁰¹⁷ ¹⁰¹⁸ ¹⁰¹⁹ ¹⁰²⁰ ¹⁰²¹ ¹⁰²² ¹⁰²³ ¹⁰²⁴ ¹⁰²⁵ ¹⁰²⁶ ¹⁰²⁷ ¹⁰²⁸ ¹⁰²⁹ ¹⁰³⁰ ¹⁰³¹ ¹⁰³² ¹⁰³³ ¹⁰³⁴ ¹⁰³⁵ ¹⁰³⁶ ¹⁰³⁷ ¹⁰³⁸ ¹⁰³⁹ ¹⁰⁴⁰ ¹⁰⁴¹ ¹⁰⁴² ¹⁰⁴³ ¹⁰⁴⁴ ¹⁰⁴⁵ ¹⁰⁴⁶ ¹⁰⁴⁷ ¹⁰⁴⁸ ¹⁰⁴⁹ ¹⁰⁵⁰ ¹⁰⁵¹ ¹⁰⁵² ¹⁰⁵³ ¹⁰⁵⁴ ¹⁰⁵⁵ ¹⁰⁵⁶ ¹⁰⁵⁷ ¹⁰⁵⁸ ¹⁰⁵⁹ ¹⁰⁶⁰ ¹⁰⁶¹ ¹⁰⁶² ¹⁰⁶³ ¹⁰⁶⁴ ¹⁰⁶⁵ ¹⁰⁶⁶ ¹⁰⁶⁷ ¹⁰⁶⁸ ¹⁰⁶⁹ ¹⁰⁷⁰ ¹⁰⁷¹ ¹⁰⁷² ¹⁰⁷³ ¹⁰⁷⁴ ¹⁰⁷⁵ ¹⁰⁷⁶ ¹⁰⁷⁷ ¹⁰⁷⁸ ¹⁰⁷⁹ ¹⁰⁸⁰ ¹⁰⁸¹ ¹⁰⁸² ¹⁰⁸³ ¹⁰⁸⁴ ¹⁰⁸⁵ ¹⁰⁸⁶ ¹⁰⁸⁷ ¹⁰⁸⁸ ¹⁰⁸⁹ ¹⁰⁹⁰ ¹⁰⁹¹ ¹⁰⁹² ¹⁰⁹³ ¹⁰⁹⁴ ¹⁰⁹⁵ ¹⁰⁹⁶ ¹⁰⁹⁷ ¹⁰⁹⁸ ¹⁰⁹⁹ ¹¹⁰⁰ ¹¹⁰¹ ¹¹⁰² ¹¹⁰³ ¹¹⁰⁴ ¹¹⁰⁵ ¹¹⁰⁶ ¹¹⁰⁷ ¹¹⁰⁸ ¹¹⁰⁹ ¹¹¹⁰ ¹¹¹¹ ¹¹¹² ¹¹¹³ ¹¹¹⁴ ¹¹¹⁵ ¹¹¹⁶ ¹¹¹⁷ ¹¹¹⁸ ¹¹¹⁹ ¹¹²⁰ ¹¹²¹ ¹¹²² ¹¹²³ ¹¹²⁴ ¹¹²⁵ ¹¹²⁶ ¹¹²⁷ ¹¹²⁸ ¹¹²⁹ ¹¹³⁰ ¹¹³¹ ¹¹³² ¹¹³³ ¹¹³⁴ ¹¹³⁵ ¹¹³⁶ ¹¹³⁷ ¹¹³⁸ ¹¹³⁹ ¹¹⁴⁰ ¹¹⁴¹ ¹¹⁴² ¹¹⁴³ ¹¹⁴⁴ ¹¹⁴⁵ ¹¹⁴⁶ ¹¹⁴⁷ ¹¹⁴⁸ ¹¹⁴⁹ ¹¹⁵⁰ ¹¹⁵¹ ¹¹⁵² ¹¹⁵³ ¹¹⁵⁴ ¹¹⁵⁵ ¹¹⁵⁶ ¹¹⁵⁷ ¹¹⁵⁸ ¹¹⁵⁹ ¹¹⁶⁰ ¹¹⁶¹ ¹¹⁶² ¹¹⁶³ ¹¹⁶⁴ ¹¹⁶⁵ ¹¹⁶⁶ ¹¹⁶⁷ ¹¹⁶⁸ ¹¹⁶⁹ ¹¹⁷⁰ ¹¹⁷¹ ¹¹⁷² ¹¹⁷³ ¹¹⁷⁴ ¹¹⁷⁵ ¹¹⁷⁶ ¹¹⁷⁷ ¹¹⁷⁸ ¹¹⁷⁹ ¹¹⁸⁰ ¹¹⁸¹ ¹¹⁸² ¹¹⁸³ ¹¹⁸⁴ ¹¹⁸⁵ ¹¹⁸⁶ ¹¹⁸⁷ ¹¹⁸⁸ ¹¹⁸⁹ ¹¹⁹⁰ ¹¹⁹¹ ¹¹⁹² ¹¹⁹³ ¹¹⁹⁴ ¹¹⁹⁵ ¹¹⁹⁶ ¹¹⁹⁷ ¹¹⁹⁸ ¹¹⁹⁹ ¹²⁰⁰ ¹²⁰¹ ¹²⁰² ¹²⁰³ ¹²⁰⁴ ¹²⁰⁵ ¹²⁰⁶ ¹²⁰⁷ ¹²⁰⁸ ¹²⁰⁹ ¹²¹⁰ ¹²¹¹ ¹²¹² ¹²¹³ ¹²¹⁴ ¹²¹⁵ ¹²¹⁶ ¹²¹⁷ ¹²¹⁸ ¹²¹⁹ ¹²²⁰ ¹²²¹ ¹²²² ¹²²³ ¹²²⁴ ¹²²⁵ ¹²²⁶ ¹²²⁷ ¹²²⁸ ¹²²⁹ ¹²³⁰ ¹²³¹ ¹²³² ¹²³³ ¹²³⁴ ¹²³⁵ ¹²³⁶ ¹²³⁷ ¹²³⁸ ¹²³⁹ ¹²⁴⁰ ¹²⁴¹ ¹²⁴² ¹²⁴³ ¹²⁴⁴ ¹²⁴⁵ ¹²⁴⁶ ¹²⁴⁷ ¹²⁴⁸ ¹²⁴⁹ ¹²⁵⁰ ¹²⁵¹ ¹²⁵² ¹²⁵³ ¹²⁵⁴ ¹²⁵⁵ ¹²⁵⁶ ¹²⁵⁷ ¹²⁵⁸ ¹²⁵⁹ ¹²⁶⁰ ¹²⁶¹ ¹²⁶² ¹²⁶³ ¹²⁶⁴ ¹²⁶⁵ ¹²⁶⁶ ¹²⁶⁷ ¹²⁶⁸ ¹²⁶⁹ ¹²⁷⁰ ¹²⁷¹ ¹²⁷² ¹²⁷³ ¹²⁷⁴ ¹²⁷⁵ ¹²⁷⁶ ¹²⁷⁷ ¹²⁷⁸ ¹²⁷⁹ ¹²⁸⁰ ¹²⁸¹ ¹²⁸² ¹²⁸³ ¹²⁸⁴ ¹²⁸⁵ ¹²⁸⁶ ¹²⁸⁷ ¹²⁸⁸ ¹²⁸⁹ ¹²⁹⁰ ¹²⁹¹ ¹²⁹² ¹²⁹³ ¹²⁹⁴ ¹²⁹⁵ ¹²⁹⁶ ¹²⁹⁷ ¹²⁹⁸ ¹²⁹⁹ ¹³⁰⁰ ¹³⁰¹ ¹³⁰² ¹³⁰³ ¹³⁰⁴ ¹³⁰⁵ ¹³⁰⁶ ¹³⁰⁷ ¹³⁰⁸ ¹³⁰⁹ ¹³¹⁰ ¹³¹¹ ¹³¹² ¹³¹³ ¹³¹⁴ ¹³¹⁵ ¹³¹⁶ ¹³¹⁷ ¹³¹⁸ ¹³¹⁹ ¹³²⁰ ¹³²¹ ¹³²² <

coniuncti, laetissimam dico & multo felicissimam. In
 TE, quae amicum faciunt, non vulgarem, sed lignum
 nomine suo, singula deprehendi. Repugnat, quae fe-
 re nimia est, laudibus suis modestia TVA; sed absque
 adulationis vanitate quisque qui TE nouit, dictum
 cognoscet, si dicam, elegantias cum grauitate socia-
 tas fixam in TE sibi sedem parasse, & ad amandum TE
 magnique faciendum quempiam inuitare. Et mori-
 bus fulcres ad virtutem compositis, & doctrinarum
 scientiarumque penu gaudes. His insignibus animi cor-
 porisque TVIS facultatibus es sane promeritus, AMICE
 PRAESTANTISSI quod augeat ab hoc die, dignitatem
 TVAM, nouum decus & apud TE non inane ornamentum.
 Euge! O OPTIME, cape nouum titulum, virtutis in TE do-
 ctrinaeque & eruditionis assiduum comitem. Excipiet
 hunc, qui iam hic TVVS erat, splendidissimae, quae TE ci-
 uem amat, patriae TVAE plausus, & dignum laboris praem-
 ium. Ego, quaecunque TE felicitas in posterum dulce
 faciet ridentem, magnam, quod de animo meo sine teste
 credes, eius ad me quoque partem pertinere, inge-
 nue iudicabo. TV autem, quem laus sua, quem pa-
 tria, quem virtutis praemia hinc e complexu meo ab-
 ripiunt, mente & cogitatione, vel quod idem est, ve-
 teri amore atque antiqua fide tanquam praesens respi-
 cies me, & quod exploratum habeo intemerata
 veterem amicum benivolentia
 complecteris.





citur custodia plen
 venditae. Plena
 de negot. gest. dic
 ete, non quatenus
 prietas, hoc est
 separata, L. 43. §.
 ius, id est perfect
 plenus, hoc est, pe
 plena pubertas seu
 Sed ne quis putet,
 torum tantum pec
 morum Latii scri
 nio semper fuisse
 sane I. proem. p
 CICERO de off. L. 1
 suis scriptis, effici
 riatur. Quin ipse
 sensu pectus vocat
 auctorum, ab inco
 guae latinae collec
 VOLENVN, qui in I
 neficia imperatori
 enim quaeso aliud
 priuilegiis princip
 pretatione. Ad q
 LENI fragmentum
 esse, in quibus sine
 giorum principis e



de periculo & comodo rei
 gestorum actio in L. 37. D.
 solidum, adeoque perfe
 s possit, datur; plena pro
 solida, & non usufructu
 de VSVFRVCTV; plenum
 um, L. 73. D. de legat. 3.
 L. 70. D. de usufructu;
 40. D. de adoptionibus.
 sentum ad Iureconsul
 nuisse, fragmenta opti
 ant, eundem latinae ge
 mum. QVINCTILIANVS
 sequium dixit plenius.
 nem latinam, legendis
 d est perfectiorem, glo
 art. poet. v. 337. hoc
 vt reliqua loca veterum
 ESNERO in thesauro lin
 is. Redeamus ad IA
 const. princ. suadet be
 interpretanda. Quid
 m si vnquam, sane in
 ssima opus esse inter
 si confideres, IAVO
 pistolis eius defumtum
 nterpretatione priuile
 non scripsit, sed, vt
 quidem

